



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaë

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXI. Indistinctè.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

cognitionibus casarum postulationumque, item decretis edictisque iudicum concipiendis: hinc ne igitur amicitia aut consanguinitate iudicia corrumpantur, ne quis in patria assideret, constitutum est, quæ specialis in assessoratu ratio mutata jam Reipublicæ forma generaliter vim suam exercere nequit. vid. *Schifordegher lib. 3. tract. 30. q. 2. 3. 4. seqq.* ubi probat valere privilegium & consuetudinem à Principe confirmatam, ut alicubi non nisi indigenæ ad Episcopatum promoveantur, sed Jure Romano multa officia iis, qui in illo loco nati erant vel larem tenebant, dari sub penâ prohibebantur l. 3. C. de divers. offic. ibig. Perez. n. 11. imò sacrilegium committit, qui hoc loco officium petit l. fin. C. de Sacrileg. nisi princeps speciali beneficio in suâ provinciâ assidere concedat. l. 38. pr. ex quib. caus. maj. Brunnem. C. de divers. offic. col. 3.

CAP. LIX. De Indigno.

Axioma I.

Qui indignus est ordine inferiore, multo minus superiore meretur. l. 4. ff. de Senat. l. non debet. 21. de Reg. jur. Concennat. quest. jur. singul. q. 3. n. 8.

II.

Indignus est beneficio dispositionis, qui diametraliter contra dispositionem peccat, eamque contemnit. l. auxilium 37. §. ult. ff. de minor. gl. in l. fin. §. fin. verò postquam. C. de jure delib. Gail. 2. obs. 138. n. 2. Indignus enim judicatur, qui deliquit, dict. l. auxilium. adeo ut si ex dolo conventus aliquid præstiterit, à cæteris tamen doli participibus nihil possit recuperare. l. i. §. 14. ff. de tutel. & m. distab. unde & ingratus ob ingratitudinem se beneficio indignum reddere dicitur. tit. de ingratis. lib. l. liberi. l. omnimodo 30. Cod. de inoffic. testam. l. ult. Cod. de revocat. donat.

III.

Qui indignum scienter eligit in beneficiis ecclesiasticis, pro eâ vice amittit facultatem eligendi, devolviturque ad eum, qui proximè præfesse dignoscitur cap. 25. seqq. X. de Elect. In officiis secularibus autem talis punitur, quod damnum illarum Reipublicæ pensare teneatur. Perez. Cod. de potior. ad muner. n. 6. Brunnem. Cod. eod. in fin.

IV.

Unusquisque debet agnoscere suam conditionem, nec aspirare ad dignitatem quâ est indignus, vid. Perez. C. de Pistorib. n. 3. - 6.

V.

Qui semel beneficio indignus est judicatus, postea illud impetrare non potest. Brunnem. C. de remilit. col. 5.

VI.

Ab indigno ablatum siccum sequitur, l. 8. §. meminiſſe i. ff. de inoffic. test. Eccles. cap. 7. Harm. §. 5. n. 7. quod toties habere locum ait Costal. in advers. p. 2. d. l. 8. §. meminiſſe. quoties aliqua

culpa in eo, à quo aufertur, argui potest; tunc enim capere potest hereditatem, sed ob delictum vel culpam retinere non potest. Hic ergo siccus permittitur delicti vindicta. Exempla præbet tot. tit. ff. de his, quib. ut indigni. Si verò nulla illius culpa detegitur, siccus non applicabitur, sed heredi competet. l. 4. C. de hered. institut. Bart. post gloss. iidem si indignitas favorem alicujus respiceret, illi applicatur commissum, non siccus, l. penult. de Legatis.

CAP. LX. Indirectè.

Per indirectum non est concedendum, quod directum est prohibitum. cap. cum qua una. de Reg. jur. in bio. Hartm. & Dd. in l. Scjus & Agrias 27. ad Legem Falcid. Gail. 2. observ. 145. num. 6. ubi exemplum. l. contra Leges. de LL. Gilcken ad l. quisquis 16. C. si cert. per. num. 2. Barbat. conf. 45. in fin. vol. 2. Fulv. Pacian. 1. consil. 164. num. 4. Hoc scilicet ita regulariter verum, sapius tamen fallit: indirectè enim aliquando, oblique & in consequentiam aliqua licent, & consequimur, quæ directè & per nos non obtineremus. l. 82. §. 2. in fin. de legat. 2. ita ex persona alterius aliquando quis consequitur, quod per se non posset. l. si emancipati. in gloss. 1. per Bart. & Dd. qui regulam hanc iis similibus & exemplis illustrant. C. de collat. Reiger. in voce factum. n. 29. ita facere quis aliquando per alium potest, quod non potest per se. Gloss. & Doctores in l. ultim. verb. accommodaverit. Cod. de pactis. Reiger. dict. loc. num. 31.

CAP. LXI. Indistinctè.

Quæ indistinctè proferuntur, generaliter & sine distinctione sunt exaudienda. l. de pretio 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de Leg. prest. l. 1. §. ait ergo 2. ff. quæ in fraud. cred. l. Julianus 60. ff. de Legat. 2. Vultej. 3. consil. 17. num. 29.

CAP. LXII. De Individuo & indivisibili.

Axioma I.

Individa ea esse dicuntur, quæ si separentur, commodum & utilitatem tantam non afferrent, quantam afferunt conjuncta. l. quod autem 11. §. fin. & l. seq. ff. de in diem addict. l. cum ejusdem 34. §. interdum 1. ff. de adilit. edict. l. si quis aliam 46. ff. de solut. Bart. in l. si non forem. §. si centum. ff. de cond. indeb. Hinc ea, quæ sunt individa & communia pluribus, & illis in solidum, tamen si cuique pro sua parte indivisa competere certum est. l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig. Johann. Anton. Lanar. consil. 59. num. 31. Unde & jure constitutum, ut quæ sunt individa com-